ac Mohiloviensi restituant. Cathedrales Vilnensis, Novogrodensis, Minscensis cum possessionibus D. Metropolitæ non Unito cedant, et Privilegia ad hoc roborandam sub duobus sigillis Regni extradantur.

5° Omnia Jura, Instrumenta, volumina, Decreta Commissariorum, circumscriptiones finium, Privilegia Regum tum antiqua tum moderna, fundationes Ecclesiarum et Monasteriorum Stylo veteri scripta, ubi nulla mentio de Unione, ad maiorem Orthodoxæ Græcæ pacificationem confirmentur. Item fundationes omnis Ecclesiarum et Hospitalium, quas Patres Jesuitæ detinent, et multa bona, opimaque Ostrogentia ac Villas nonnullas usurparunt et nullo Jure possederunt et possident, restituant. Ecclesiæ quoque ex Ruthenis factæ Latinorum redeant ad pristinum Statum.

6° Quia compertum est opprimi Spirituales et Seculares disunitos in Tribunalibus Regni, nec valere iustitiam assequi, immensisque exsiccari sumptibus; ideo efformentur duo Tribunalia Consultorum Græco non Unitorum, sintque viginti personæ, medietas Spiritualium et medietas Secularium non Unitorum sedeant et dijudicent Causas. Locus præfigitur Causis Regni Poloniæ Ruthenica